

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

Scrips. JESV Landbergae
THE OGNI.

D I S M E G A R E N S I S S E N
tentiae Elegiacæ, cum Interpretatio-
ne & Scholijs Eliæ
Vineti.

A C C E S S E R V N T E T H O R V M
Poetarum opera Sententiosar

Phocylidis	Rhiani
Pythagoræ	Eratosthenis
Solonis	Panyasidis
Tyrtæi	Lini
Naumachij	Menecratis
Callimachi	Posidippi
Mimnermi	Metrodori
Eueni	Simonidis.

Seniorum libellus.

Omnia in usum Scholarum collecta, et ad ver-
bum conuersa per **IACOBVM**

libris **HERTE LIV.M.** Curiosam. rics **Bavry**

Adiecta quoq; est omnium verso Latino
carmine à diuersis expressa.

Ob agos d' amantos est ipse aptius latius;

B A S I L E A E:

Bayerische
Staatsbibliothek
MÜNCHEN

AMPLISSIMIS, PIE:
ATE, PRUDENTIA, AC
eruditio ne præstantissimis uiris, D. Cos.
G. Senatoribus Reipublicæ S A L^U
VELDENSIS; Dominis ac pa-
tronis suis obseruandis.
S. P. D.



VANDO QVIDEM, uiri am-
plissimi, nihil animis ho-
minum magis inhæret,
quàm id, cui à teneris cō-
fusescunt: idque quod te-
nérum est, ut ait Séneca,
proximis applicatur: uni-
uersæ hominū societatis permagni inter-
est, ut ab ineuntibus statim annis morta-
les optimis, quæ per totam uitam usui fu-
tura sint, assuēscere discant. Quia uero æ-
tatis imbecillitate iuuētus ad malū quàm
ad bonum proclivior, minus considerat
profuturāne an obfutura sint, quæ tra-
stat: opus est, ut per adultiores, quibus cu-
ra eius qualicunque modo incubit, à
turpibus ad honesta, à uitijs ad uirtutū a-

E P I S T O L A

morem deducatur. Id autem nulla cōmodore uia, quām per liberalem institutionē fieri potest. tanta enim eius uis est in utrāq; partem, ut nulla tam bona possit esse natura, quin illius quasi excolendae cura intermissa, uitiosa reddatur: nulla item tam mala sit, quae non ad frugem liberali ac fidelī institutione redigatur. Proinde cū adulteriū hominū ætas ad omnia minus docilis trāstabilisq; sit, quām rudes illi iuuentutis anni, qui instar ceræ quamlibet impressionē facilē admittunt: tum generosi mores, ut ille ait, imbuēdi sunt, cum tener est animus: tum optimis assuēscendum, eaq; discenda, quæ nec grādinem, nec uim, nec Iouem ipsum, ut Plato inquit, extimescat: quæ quoque cū naufrago salua enatare, nec à latronibus eripi queant, cum ad quēuis cereum adhuc est ingenium. Nam postquam annis iā quasi dirigit animus, partim ægrè, quorū praua cōsuetudine fuimus infecti, descendimus: partim, quæ nescimus, nō nisi maxima nobis inculcari difficultate possunt: Quò elegantissima metaphora hac respexisse uidetur Ouidius:

Quæ præbet latus arbor spaciantibus umbras,

Quo posita est primum tempore, virga fuit.

Tunc

DEDICATORIA.

Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,

Nunc stat in immensum uiribus aucta suis.

Hęc perita rerum antiquitas considerans,
quę nihil non egit, ut Republicae optimè
constitutae in suo flore permanerent, iuuē-
tutem, ceu seminarium totius hominum
cōversationis, optimis quibusuis non tam
artibus & disciplinis, quam morum uitæ-
que præceptis imbuedam curauit. Non
ignara, & sine literis rudes inertesque, &
cum literis parū utiles fore homines, nisi
honestati uitæ quam primum assuefierent.
Plus enim deficere quam proficere eum,
qui doctrina proficit, & moribus deficit,
præter Aristotelem, quotidiana docet ex-
perientia. Non autem quæuis temerè, &
citra delectum, teneris puerorum animis
obtrudi passa est: sed eos autores, q & pie-
tatem, & præcepta de morum uirtutibus
continerent, proposuit. In quorum au-
torum numero, Poetæ, qui uel mira inge-
nij industria clarorum uirorum egregia fa-
&a in exemplum posteritati descripta reli-
quissent: uel quam breuissimis, maxime-
que illustribus sententijs doctrinam mo-
rum essent complexi, suo quodam iure fa-
cile primas obtinuerunt: unde & nomen

E P I S T O L A

illorū in maximo cultū, maximaq; uenera-
tione apud optimos quosuis extitisse non
ignoramus. Plato, philosophiæ quidā sol,
huiusmodi Poetas non dubitat nunc deo-
rum filios, nunc prophetas appellare. Et
tantū abest ut è Repub. sua eiecerit (quod
ijs fecisse legitur „ qui diuina poeticæ arte
ad lasciuiam, turpesq; amores abusi e-
rant) ut & ipse testimonijs eorum p̄fus, &
alijs exemplo suo p̄æclarissima ipsorum
monumenta euoluendi autor fuerit. Si-
cut eius rei locuples testis est honestissi-
ma creberrimaq; apud ipsum Solonis,
Tyrtæi, Homeri, Hesiodi, & aliorum me-
lioris notæ mentio. Socratem, qui ipsius
Apollinis oraculo sapiens pronunciatus
est, Euripide Tragico familiarissimè usum
esse, nemo nescit. μνεῖαν θεράπωντες καὶ αὐτῶν
εργοτῆτες ab Hesiodo & Pindaro nuncupan-
tur. Strabo autem lib. i. de Situ orbis scri-
ptum reliquit, ueteres τὴν περιτίχην ποιητικὴν
ut omnium doctrinarum antiquissimam,
philosophiam quādam perhibuisse. Quip-
pe quæ à teneris nos unguiculis ad uiuēdi-
rationes perducat, mores atque affectus e-
doceat, quæq; gerenda, declinandāue sint,
quadam cantus suauitate p̄æcipiat. Et
quod

D E D I C A T O R I A.

quod magis suam erga huiusmodi ~~ab~~ gratitudinē testatam redderent, iuuē
nesq; ad bonarum rerum studia, morumq;
integritatem excitarent: statuis ac imagi-
nibus eos honestari, poemata ipsorum in
publicis Deorum celebritatibus, alijsq; cō-
uentibus recitari, optimasq; sententias tē-
plorum foribus, tāquam Deo dignas, imō
ab ipsis Numinib. usurpatas, affigi, nec nō
aureis preciosissq; materijs insculptas ad
omnem posteritatem cōseruari curauerāt.
Quemadmodum ex Platone, Xenophon-
te, Pausania, Plutarcho, Athenaeo, alijsq; uetustissimis scriptoribus & iā dicta, & alia
plura de Poetarū excellentia & utilita-
te cuius obuia sūt: nec patitur epistole an-
gustia huc omnia referre. Etsi uero Christi
anæ professionis homines, sinceræ Reli-
gionis Pietatisq; studium nō ab huiusmo-
di autoribus, sed ex sacrosanctæ Scripturæ
fontibus petere debet & possunt, ut que so-
la salutem & æternā beatitudinem per Is-
sv CHRISTI ueri Dei, ueriq; hominis me-
ritum credentibus paratam esse monstret,
præceptaque ad Christianam uitam utilia
copiosissimè præscribat: tamen Poetarum
quoque (qualium scripta iuuentuti propo-

E P I S T O L A

nimus) lectionem & usurpatam, & in non
contemnēdo precio habitam, habendam-
que esse, grauissima sanctissimorum in Ec-
clesia Dei uirorum exempla & autoritates
comprobant: quarum paucissimas, ob eos
qui parum dextrè de Poetis sentiūt, in me-
dium proferre placuit. D. Paulum, electum
illud Dei omnipotentis organum, Poeta-
rum libros euoluisse, & ut Clemens ait, ad
ædificationem curamq; aliorum, testimo-
nijs eorum uti nō erubuisse, Sacrarum lite-
rarū ueritas testatur. Sic Act. 17. ubi Deum
esse probat, Aratum uetustissimum poetā
citati. Cor. 15. ex Menandro Comico malo-
rum consortia fugienda monet, quòd pra-
uis colloquijs boni mores corrumpantur.
Cretensium mores Tit. i. ex Epimenide ua-
te Cretensi graphicè depinges ait: οὐτε ἀσ-
θενταί, οὐτε θρησκευόμενοι. Gregorius
Nazanzenus, ob excellentiam Theologus
dictus, scriptis poetarum mirè delestatus
est, & sacroru carminū uolumen posterita-
ti reliquit: quod nō solūm priscis tempori-
bus propositum est pueris, ut Socrates, So-
zomenus, Orosius & Eutropius scribūt, ue-
rūm etiam hodie à doctissimis uiris in deli-
cij s habetur. Quid de Iohanne Chrysosto-
mo

D E D I C A T O R I A.

mo Patriarcha Constátinopolitano sub Ar-
adio & Honorio Impp. anno Christi 401.
dicam, qui Aristophanis Comœdijs etiam
noctu pro puluino usus est? Quid de Eusta-
thio Thessalonicése, cuius etiam hodie e-
ruditissimi in Homerum, ingeniorum fon-
tem, commentarij extant? Neq; mihi hoc
loco temperare queo, quo minus etiam D.
Basilij Cæsariensis, cui uirtutum splendor
Magni cognomen peperit, uerba adscribā,
de eorum Poetarum lectione, qui bonorū
hominum dicta facta ue narrassent: quales
præ cæteris fuerunt, Homerus, Hesiodus,
Theognis, Phocylides, Pythagoras, Solon,
Tyrtæus, & alij. Sic ergo in Admonitione
ad adolescentes, quo pacto ex gentilium
scriptis proficere queant, ait: ἐπὶ τούτῳ παρ-
ουσίᾳ οὐ ποιεῖται, οὐ λογοκοιοίς, οὐ ρήτοροις, οὐ πᾶσιν
αὐθρώποις ὀμιλεῖται, οὐδεν αὐτὸν πρὸς τὴν τέλειαν τοῦ φυ-
λῆτηπι μέλαιναν ἀφέλεια τις ἔσειδε. οὐ μετ' ὀλίγοις· εἰ
ἄδρεστοι τις οἰκεῖότες πρὸς ἀλλούλας τοῖς λόγοις, πρόρ-
γονοι αὐτῷ μὲν αὐτῷ τὸ γνῶσις γούνιστο· εἰ δὲ μὲν, ἀλλὰ τὸ
τοῦ παράδικτα θεύτας καταμαθεῖν τὸ διάφορον τὸ
μηδὲρον εἰς βεβαιώσιμον τὸ βιτίονος. Hoc est: Poetis
& oratorib. omnib. hominib. utendū, unde
futura sit aliqua utilitas, quę ad animę faci-
at edificationē. Et paulo pōst: Etsi nostrorū

EPISTOLA

sermonū atq; gentilium illa est conuenientia , nobis illorum ualde conferet noticia: si minus, eos saltem simul conferēdo differentiam discere licebit, qum ad melioris optionem atq; delectum non parum cōparatio ualeat, & inferiora sēpe collata sint potioribus ornamento . Nec ab his dissentit Philo sapientissimus, dum libro de Agricultura, de puerorū studijs in hūc modum differit ; φυτοίων ἐταιρεία μηνὶ οὐ πληνίᾳ παθεῖνται ψυχᾶς μερχόμενται, ὡμὸν λαρνάς αὔτοις τιβιών σεται, ἵσι ἐταιρεία, οὐτὸν γένερον λαρνάς αὔτοις ποιηταῖς αἰγαίβης δρίσουνα, γεωμετρία, καὶ οὐ περὶ τὰς φύτος φύσεις λόγιας μελέτη, λαρνάς οὐ μπαστάς δύνηται παθεῖνται μυοινή . Quae uerba Latinis auribus sic sonant: Inseram autem primū in puerilis ætatis animas, surculos, quorū fructus ipsas enutriat . Sunt autem hi, scribendī legendique certa industria, eorum quae apud sapientes poetas habentur diligens scrutatio, geometria, oratoriæ facultatis meditatio, & uniuersa liberalis musica. Atque hæc quidem de Poetarum autoritate & lectione paucis attigisse, non planè ἀκτὸς τῶν εἰλεῶν, sufficiat . Haud enim parē humeris suscipere m prouinciam, si ex singulis Christianis

D E D I C A T O R I A.

Stianis scriptoribus (ut de gentilium my-
riadibus taceam) poetarum & laudes col-
ligere, & oforum calumnijs occurrere co-
narer. Ego itaque tantorum uirorum iu-
dicio & consilio incitatus, iuuentuti, cuius
informandæ mihi quoque cura incumbit,
hac in parte, quod ad optimorum poetarū
studium attinet, labore quidem duro, ani-
mo uero non ægro consulere studio, cum
hanc meam esse Spartam non ignorem.
Mirificè enim peritæ rerum antiquitatis,
quæ, ut Plato uult, *πρετήναν αμανί εγγυτούς*
θάπιστερο, exemplum sequi, & quantum
par est, alijs ad idem faciendum autor eſ-
ſe placet. Hac de causa, cum labores no-
ſtos, quos in Comicorum L. scriptis ab in-
teritu vindicandis exhausimus, bonarum
literarum studiosis non ingratos animad-
uerterem: facile, nunquam satis laudati ui-
ri D. Ioannis Oporini, Compatrii ac amici
mei obſeruādiſſ. cōſilio acquieui, quo me,
ut horū quoq; poetarum, quos hic damus,
scripta collecta iuuentutis studijs commu-
nicare, incitauit. Theognide ergo γνωμηνω-
τάτῳ, cū uerſione & doctissimis E L I A B V I-
N U S T I Annotationibus, ex arbitrio D. Typo
graphi, præmisso, reliquorum autorū om-
nium,

E P I S T O L A

nium scripta ex diuersis hinc inde autorib.
concessimus, congesta fideliter interpreta
ti sumus, & ad puerorum captū quām pro
ximē accommodauimus. Nec iuuenilibus
ingenijs inutilem hanc nostram operā fo
re speramus. Castissima enim saluberrima
que de moribus præcepta proponit, quæ
usum non pœnitendū in omnes uitę huius
partes, si recte percipiatur, sint allatura. Præ
terea Græcæ linguæ (quæ comptissima est
in his autoribus) cum Latina collatio, non
parum emolumenti ad uberiorē eruditio
nis thesaurū comparandū adferet: ijs præ
fertim, qui alias uiua magistri uoce destitu
ti, ipsi sibi præceptores esse in Græca litera
tura cogūtur: ut plures cōmoditates, quas
præter iuniores etiam adulti hinc haurire
possunt, sciens præteream. Non parum ta
men doctissima Stobæi interpretatio, un
de non paucas sententias transcripsimus,
nos iuuit. Versionem Latino carmine, sui
cuique interpretis nomine præfixo, ne a
lienis nos ornare plumis uideremur, sub
iecumus, ut Græcæ elegantiæ cum Latina
melius perspiceretur conuenientia, ab ijs
qui iam absque cortice in Græco studio na
tare queunt. Nondum carmine redditæ,
pro

DEDICATORIA.

pro nostra tenuitate pedibus astrinximus,
ita ut quam proxime Græca sententia ex-
primeretur. Alicubi lectionis varietas
margini est aspersa. His omnibus eiusdem,
si non carminis, tamen argumenti libellus
Seniorum insertus est, ut quam absolu-
tissimam de moribus, totaque uita lauda-
biler instituenda doctrinam, optimorum
hoc Poetarum Opus teneris puerorū ani-
mis proponeret.

Hunc autem nostrum laborem, Viri am-
plissimi, uobis inscribere, librumque Scho-
lae uestræ consecrare, maximè necessarium
duxi: tum, ut sub amplissimi nominis ue-
stri patrocinio (quod quam eximum er-
ga bonarum artium cultores semper exti-
tent, manifestius est quam ut nostro præ-
conio indigeat) tutus à maleuolorum, quo-
rum plena sunt omnia, morsibus in com-
munem iuuentutis usum prodiret: tum in
primis, ut grati tandem animi indicium,
licet exiguum, exhiberem pro innumeris
Reipublicæ uestræ in me beneficijs. Cum
enim puerilium studiorum partem non
postremam Scholæ uestræ celeberrimè
constitutæ, sub optimis præceptoribus
M. Christophe Hoffmanno;
&

EPISTOLA

& IOANN^E Tumlero (D. CASPARE A^S
quila primariam Ecclesiæ curam gerente)
feram acceptam: gratitudinis officium ui-
debatur requirere, tam pro his, quām pro
alijs ciuium uestrorum in me meritis, char-
taceo hoc munusculo, cum aliud nō esset,
testatum omnibus reddere, memoriam hu-
manitatis uestrę nondum apud me senuis-
se: si fortè alij meo exemplo excitati, melio-
ra, nominiq^{ue} uestro amplissimo magis
conuenientia darent, & tandem $\alpha\chi\alpha\rho\sigma\gamma\alpha\sigma$
turpissimum crimē à Christiano cœtu exu-
lare inciperet. Etsi uerd per se satis exiguum
est munusculum hoc, nec dignum quod
cum P. V. officijs conferatur: tamen, si pro
uestro fauore erga liberalia studia & iuué-
tutis honestam institutionem, offerentis a-
nimū respexeritis, nō minus gratum cō-
fido futurū, quām si uel Colophonium au-
rum à me P. V. oblatum esset. Quæ spes
ne me fallat, per eam, qua omnes φιλομάθες
prosequi soletis, benevolentiam etiam at-
que etiā oro. Deus opt. maximus, æternus
Pater Domini nostri I E S V C H R I S T I, P. V.
cōsilia & actiones ad sui nominis gloriam,
& Ecclesiæ, Scholæque communem salu-
tem dirigat, uosq^{ue} omnes in sui agnitione
ne


D E D I C A T O R I A.

ne ueta conseruet,Amen.Basileę,ex Ludo
literario ad D.Petrū, 8.Calend. Febr. Quo
die,ut quidam uolunt,ante annos 1527.
Paulus Tarsensis ad pœnitentiam reuoca-
tus diuinitùs,hostili in Christianos animo
deposito,**CHRISTI** dogmata amplexus
est:quemadmodum Lucas Act.
9.scripsit.

P. V.

deditissimus,

Iacobus Hertelius
Curiensis.



ELIAS VINETVS

Santo Lectori.

VM ocij plurimum anno suz
periore apud Franciscū San-
gelasium Engulismensis Ec-
clesiæ Decanum, virum cùm
generis splendore, tum inge-
nij dexteritate apprimè nobilem, naclu-
fuissem: id totum, quantum per aduersari
ualetudinem licuit, in iucundissimā Græ-
corum poetarum lectione à me cōstitutum
est. qua quidem in re consilium eorum lu-
bens secutus sum, qui antiquos scriptores
eo legendos ordine cēsent, quo & uixe-
runt, & scripserunt: quod recentiores à uer-
tustoribus semper habeat quidpiā, quod
non facilē intelligas, nisi prius illos dili-
genter legeris. Perfectis igitur, quorū fuit
copia, uerustissimis quibusque, cuiusmo-
di sunt Homer & Hesiodus, Theogni-
dem tandem in manus sumpsi: cuius sen-
tentias licet graues esse nō dubitarem, eō
tamen intellectu mihi faciles fore spera-
bam, quod crederé nihil esse illic quod à
posterioribus, quos aliquando legeram,
non fuisset luculentius tractatum. Verū
B uixdum

ELIAE VINETI

uixdum è portu solueram, cum tot subito
emergunt scopuli, tot statim obortè nubes,
cœlumque diemq; eripiunt oculis, ut à pro-
posito facile his deterritus fuissim, nisi cu-
pido huius conficiendi æquoris me planè
obstinata iā inde cepisset, ex quo primùm
à præceptoribus meis, Aristotelis aliorumq;
ueterum scripta prælegi mihi cœpta fuerat,
quæ huius poetæ sententijs ueluti suauissi-
mis flosculis inspersa essent.

Cum igitur pergere obfirmato prorsus
animo certum esset, quæ ad tam difficilem
periculosa mque rem conficiendam condu-
cere uisa sunt, ea diligenter omnia adhibui,
cuiusmodi sunt cūm uariorum codicim,
locorumque ex eodem autore ab alijs scri-
ptoribus citatorum diligens collatio: tutti
syncerum & acce amicorum meorum, uiro-
rum doctorum, unà cum meo, iudicium:in-
ter quos Petrus Panætius & Iacobus Gu-
pylus, facile principes. qua quidem diligen-
tia abscessis, abiectis, transpositis, multis, effe-
ctum tandem est, ut instituto satisfecerim
meo, perlegerim bonum poetam, eorumq;
quæ in eo corrupta erant, bonam magnam-
que partem obiter castigauerim. Cæterum
cum in eo totus essem, Ioanni Lodoico Ti-
letano

E P I S T O L A.

5

letatio, typographo diligentissimo, rem patefecit, cum in eius bibliopolium, quærendi ex eo exemplaris gratia aliquando me contulisset: quam ubi intellexisset, rogauit uehementer, ut si quid haberem in eum autrem, quād̄ esset breui excusurus, communicarem: me sibi, studiosisq; omnibus gratum facturum. Id autem per facilē impetravit ille, quando ineunte hāc æstate huc ueni, candide lector: cui in tuam gratiam publicandum tradidi, quicquid fuit nostri in Theognidem laboris. quem autorem utinā tam totum restituere omnino potuisse, quād̄ cupiebam. Is enim tam depravatus fuit, tam lacer, tam mancus, ut nulla diligenzia, nullo labore, nullis deniq; quantislibet vigilijs id præstare potuerim. quę res in causa est, ut in Latinum sermonem à me cōuersam non habueris. Quod reliquum igitur hic desiderabitur, id ab alio interim dū fœlicius expectabis, nostro hoc labore, quantuluscunq; est, fruariis, eumq; boni consulas uelim. Vale, Lutetiæ. Calendas Sextil. 1543.

b a THEO.

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

T Y R T A E I
EX TYRTAEO, DE VIR-
tute bellica.

A V D A C I A B L A V S .

Non memorādus mihi uir, nec in precio habēdus
 Seu uirtutis pedū seu gratia luctæ: quidetur:
 Neq; si Cyclopum habeat magnitudinem ex robur,
 Et currendo uincat Thracium Aquilonem:
 Et forma sit uel ipso Tithono prestantior,
 Et locupletior quam aut Midas aut Cimyras reges.
 Neq; si Tantalidem Pelopem regno uincat,
 Linguamq; Adrasti suauissimam habeat.
 Neq; si gloriā omnē præter bellicā fortitudinē habeat.
 Non enim uir bonus est in bello,
 Si non sustineat cedem uidere cruentam,
 Et proprius hostem stare cupiat.
 Hec uirtus est, hoc optimum inter homines præmium.
 Et maximè decorat uirum iuuensem, à quo geritur.
 Commune hoc bonum est ciuitati, ex uniuerso populo,
 Si quis uir progressus inter pugnantes in prima acie
 Costater, turpisq; fugæ prorsus obliuiscatur, (maneat,
 Vitam ex animum patientem obſcicens periculo.
 Anmetq; ad mortem obeuntem proximū uirum astas:
 Hic uir bonus est in bello.
 Statim uero hostium in fugas uertit phalanges
 Asperas, suaq; industria prælij fluctus regit.
 Ipse aut in prima acie prostratus charā amittit uitam,

Ciuitas.

SEN TENTIAE.
ΕΚ ΤΩΝ ΤΥΡΤΑΙΟΥ,
τοῖς πλευραῖς αἱρετῆς.

ΕΓΡΑΙΝΟΣ ΤΟΛΜΗΣ.

OΥΤ' αὐτὸν μηκούμινον, ὃτ' οὐ λόγῳ αἴδει τίθειν,
ὅτε προστοιχία σφετέρη, ὅτε παλαιομοσιώνει
ὅδε εἰς κυπλώπια μηδὲν ἔχοις μέγεθός τε βίνω τε,
νικήν ἢ θέωρη θρησκευοῦ βορέου.

ὅδε εἰς τιθωνοῖο φυλίν χαρέσθρος εἴη,
πλευτοίσιν ἢ μίσιοις τὸ λινούρα πλέον
ὅδε εἰς ταυταλίδεια πέλοπος βασιλοῦ τοῦρος εἴη,
γλῶσσαν δὲ ἀδράτη μεταλλούμενην ἔχοι.
ὅδε εἰς πᾶσαν ἔχοις ποίξιν, πλὴν θύραδος ἀλλαῖς,
ἢ γε αὐτῷ ἀγαθὸς γέγνεται οὐ πολέμω,
εἰ μὴ τετλάπιν μηδὲν ὄρθων φόνον αἰματόσυντα,
ἴσης Διονίσου ὄρέγοιτε ἐγγύθον ισάμορφος.

ὅδε σφετέρη, τόδε σεβλοῦ οὐν αὐθεώποιοισιν ἀστιστοῦν
ἴσαλλοις τε φορέαν γίγνεται οὐδεὶς οὐνέω.
Εινὼν δὲ ἐθλὸν τέτο τόλμη τε παντά τε Αἴγαμω,
ὄφεις αὐτῷ Διαβάτης οὐ προμάχοισι μενύη
παλεμέως, αὐχρεῖς ἢ φυγῆς ἐπιπάγχυ λάθεται,
ψυχὴν διὰ δινούρη τλέμονα παρθέμενος.

Βαρδαίνη ἢ πεσέμεν τομηπλησίον αἴδει παρεστώει
ὅτος αὐτῷ ἀγαθὸς γέγνεται οὐ πολέμω.
Δύναται ἢ πανεμένωι αὐθεώπῃ ἐτρεψει φάλαγγας
τρυχεῖται, αποδεῖ τὸ ἔχεθε λινού μάχης.

αὐτὸς δὲ οὐ προμάχοισι πεσόμεν φίλοις ὕλεσε δινούν.

278

Ciuitatem, et populos, et patrem honestans:
 Multis per pectus et scutum rotundum uulneribus,
 Et per thoracem ab anteriore parte fauciatus.

Hunc uero lugent pariter iuuenes, senesque, (tur.
 • Et graui desiderio tota ciuitas funus ipsius prosequi
 Huius sepulchrū, et liberi inter homines preclari sunt,
 Itemque nepotes, et omne posteriorum genus.

Nunquam eius bona gloria interit, neque nomen ipsius:
 Sed quamuis sub terra sit, manet immortalis.

Quem se fortiter gerentem, manenteque, et pugnatem,
 Pro patria et liberis uehemens Mars peremerit.
 Quod si effugerit sorte mortis longū inducētis sopore,
 Et uictoria potitus splendidā gloriā pugnae auferat,

Ipsum ex aequo omnes iuuenesque, senesque, colunt,
 Multisque iucundis affectus ad orcum abit.

Senescens autem inter ciues præcellit, neque quis illum
 Lædere, nec irreuerenter nec iniuste cupit.

Omnesque in sedibus iuuenes simul et aequales
 Loco cedunt ei, quique maiores natū sunt.

Huius igitur uirtutis ad summū peruenire, nunc aliquis
 Nitatur animo, non remittens bellum.

Eiusdem: alias Callini.

Quamdiu torpetis? quando strenua habebitis animam?
 O iuuenes! an non ueremini uicinos,
 Ob tantam ignauiam? In pace autem uobis uidemini
 Sedere: sed bellum totam regionem infestat.

Quin scutum aliquis arte in prælio hosti obtendat;

Et

ἔγει τε λαὸς λαὸς πατέρων λίπεσσες·
πολλὰ διὰ τοῦτο λαὸς αἰσθίδος ὄμφατος εόσκε,
λαὸς διὰ θύρην πρόσθιν ἐληλαμένος.
τὸν δὲ ὀλοφύρεονται μὲν ὁμῶς νέοι, μὴ δὲ γεροντες,
αργαλέῳ δὲ πόθῳ πᾶσαν λέκκην τολεῖ.
λαὸς τύμβος, λαὸς πάθεις σὺ αὐθεώποις αἴρεσμος,
λαὸς πάσιν πάθεις, καὶ γενός ἐξοπίσω.
ζελέ ποτε λαέος ἐδόλον αἴπολλυται, γοῦν ὅνομα αὐτῷ,
αλλ' ὑπὸ γῆς πορὸς ἐὼν γίγνεται αἴθαντος,
ὅμ τιν αἰχτοντα, μενοντά τε, μαρνάμενόμ τε
γῆς πέρι λαὸς πάσιν πόρος Αρκεὶς ὀλέσκῃ.
εἴ τοι φύγοι μὲν λαῆρα ταυτογένες θανάτοιο,
ταῦτες μὲν τιμῶσιν ὁμῶς νέοι, μὴ δὲ παλαιοί,
πολλὰ δὲ τοῦτον παθὼν δρᾷχται εἰς αἴσθια.
γηράσκων δὲ αἴσθοσι μεταπρέπει, μὴ δέ τις αὐτὸμ
βλάπτειν, εἰτε αἰσθέσθε δίκιος ἐθέλει.
ταῦτας δὲ σὺ θάνοισιν ὁμῶς νέοι, σὺ γε λαός αὐτὸρ
εἴησός εἰπεῖν, σὺ τε παλαιότοροι.
ταῦτας νῦν τις αὐτὸς αφέτεις εἰς ἀκρον ἵκεδαι
πειράδω, θυμὸν μὴ μεθιεῖς πολέμου.

ΤΓΑΥΤΩΝ, η Καλλίνγ.

μέχθις τὸν πατέρενεδε; οὐτότε ἀλκιμορ ἔξετεθυμὸρ,
οὐ τέσειςδὲ αἰσθέσθι αἱμφιπόριψίνοντας,
μὲν δέλιν μεθιούτεσιν εἰρίνην δὲ ποκεῖτε
ἥδαι, αἴταρ πόλεμος γαῖαν αἴπασαν ἔχα.
ὃν τούτης αἰσθίδα θέδω σὺναντιβίως πολεμίζωμ.

* Hunc he
xametrum
D. Camera
rius de suo
supplevit.

λαὸς

Et aliquis moriens ultimò iaculum emitat.
 Honori enim est ex ornamento uiro, pugnare
 Pro patria et liberis et tenera uxore
 Aduerfus hostes. Mors autem aderit, quando cumq;
 Parcæ destinauerint. Sed age quispam rectâ per gal
 Extenso in altum gladio, et sub scuto forte pectus
 Foueat, cum primum incipit committi pugna.
 Non enim mortem effugere fatale est
 Virū, neq; si à maioribus immortalib. genus ducat.
 Sepe quis elapsus è pugna sonituq; telorum
 Euadit, sed ipsum domi fatalis mors apprehendit.
 Atq; hic sanè nec amicus est populo, nec gratus:
 Illū uero magnus et prauus deflet si qd passus fuerit.
 Vniuersus enim populus uirum fortem desiderat
 Defunctum, uiuentem uero instar semidei colit.
 Nam coram intuentur illum uelut turrim:
 Quid ipse solus multorum æquat facinora.
 Eiusdem.
 Veruntamen Herculis genus inuitum estis:
 Confidite, nondum lous facies auersa est à nobis.
 Nec hominum turbam formidetis, aut metuatis,
 Quin rectâ quisq; hostibus scutum obuertat
 Inuisam amissurus animam, mortisq; nigrum,
 Sed solis splendori gratum subiturus fatum.
 Nostis enim quam grauia sint Martis luctuosi opera,
 Nostis etiam impetum permolesti belli.
 Et quandoq; fugistis ipsi, quandoq; alios fugastis,

Inue-

ἴαντις ἀποθύσοντος ὅταν ἀπογίνεται.
 τιμῆσύ τε γαρ ἐστὶ οὐαὶ αὐλακὸν αὐδεῖ μάχεσθαι
 , γῆς πέρι, οὐαὶ πάντων, οὐαὶ δινετοῦ ἀλόχου
 θυσμονέσιμον. Θαύματος δέ ποτε ἔσεται, ὅππότε οὐν δι
 μοῖραι ἐπικλάνοσσος, ἀλλά τις θύειτω,
 σύχος αὐδεχόμονος, οὐαὶ ὑπὲπιστος ἀλημονήτος
 ἐλσας τοπεῶτον μιγνυμονίς πολέμου.
 οὐ γαρ πιστὸς θαύματος γε φυγεῖν εἰμαρμενόν τοι
 αὐδεῖ, οὐδὲ εἰ προγόνων ἡ γενέσις αἴθανάτων.
 πολλάκις θαύματα φυγὴν οὐαὶ πομπον αἴποντων
 δρέχεται, οὐ δ' οἶνω μοῖρα πάχειν θαύματα.
 αλλὰ οὐ μὴν τέκνα πατεῖ πόθος ήρατορόφρονος αὐδεῖς
 θυσμονοτος, οὐαὶ δὲ δέξιος οὐαίθεων.
 πατέρων γαρ μηρού πόθος οὐ φθαλμοῖσιν δρᾶσιν,
 ἐρδαὶ γὰς πολλῶν μέξια μάνος ἐστιν.

ΤΥΠΟΥΣ.

οὐαὶ Ηρακλῆς γε αἰδείκτονος γονός ἐστι·
 θαρσεῖτ, οὐ ποιεῖσθαι αὐχούντα λοξὸν ἔχει.
 μηδὲ αὐδεῖν πλευθὺν πειραίνετε, μηδὲ φοβεῖσθε,
 οὐδὲ δὲ εἰς προμάχος αἴσιον αὐδῆρ ἔχεται,
 οὐδεραὶ μηδὲν φυχὴν θέμενος, θαύματα τοῦ μελαίνας
 πολυποτεινούς ήρας πελόσιο φίλας.
 Ιτε γὰς αἵρεσις πολυθαυρύτην δρύγον αὔξεισθαι,
 οὐ δὲ ὄργην ἐπιάπτεται αὔργαλέν πολέμου.
 οὐαὶ μεταφραγώντων τι μειωνάτων τούτοις,

Iluenes, utrunq; satis experti estis.

Nam ex illis qui audent una persistentes

Cominus in hostes aduersos impetum facere;

Per pauci occidunt, retroq; seruant populum:

Timidorum autem uirorum omnis perit uirtus.

Vix autem aliquis uerbis explicare poscit,

Quanta incurrat mala uir qui se turpiter dederit;

Ignominiosum namq; est tergum sauciare

Viri fugientis in aduerso prelio.

Turpe quoq; est cadauer in puluere prostratum,

Aq; tergo hastae cuspide uulneratum.

Sed progressus quispiam maneat firmus utroq; pede

Terra in fixo, labia dentibus præmordens:

Femora et tibias inferne, nec non pectus humerosq;

Lati clypei umbone contingens.

Dextra uero manu ualidam hastam torqueat,

Terribilemq; in capite cristam excutiat.

Fortia aggrediens facta discat bellare,

Nec a telis procul absit clypeum gerens.

Sed congregiens quispiam, cominus longa hasta

Vel gladio perclusurus, socium sibi accipiat:

Pedem pedi iungens, clypeumq; clypeo admouens,

Nec non cristam crista, galeamq; aptans galeæ,

Pectori q; obuerso pectore contra hostem pugnet,

Vel gladij capulo, uel hasta prelonga arrepta.

Vos autem leuis armaturæ milites sub scutis aliunde alij

Trepidantes, grandibus pugnate lapidibus,

Hastasq;

ὡνέοι, ἀμφοτέρων δὲ εἰς οὐρανὸν ἀλάσσετε·
 διμὴν γαρ τολμῶσι παρὰ ἀλλάλοισι μενούστε,
 ἐς τὸν αὐτοχθόνιον διὰ προμάχος ἰσύαν,
 παυρότεροι θυησιγοῖ, σάνσι ἢ λαὸν ὅπίσσω·
 τρεσαντών δὲ αὐτοῖς παῖδες αἴπολωλ αἱρετοῦ·
 γοῦν εἰς δὲ αὖ ποτε ταῦτα λέγων αὖσσεν ἔκαστα;
 δοξα, αὐτὸς αὐχεῖται πάθη, γίγνεται αὐτοὶ δικαιά;
 αργαλέον γαρ ὅποδε μετάφρενόμενος ἐστι μαζίσαρ
 αὐτοὺς φύσυγοντος οὐκίων σὺ πολέμω.
 αὐχεῖται δὲ τοῖς νέους λατακέμηνος σὺ λοιποῖς
 πηγεῖται ἐπὶ γῆς, χειλός οὐδέσσι μακρῷ μ.
 μηρός τε λινήματος τε λιάτω, διὰ δέρνας λιὰς ἄμμος
 αἰσθίδος σύρείται γατεῖ λιαλυψάμηνος·
 Αἰειτορῆδὲ σὺ χειρὶ τινασσέτω διβερμοῦ ἔγχος,
 λινέτω ἢ λόφον μενὸν ὑπὲρ λιεφαλῆς.
 ἔρδων δὲ διβερματόργυα μίδιασκέδω τολεμίζειν,
 μηδὲ ἐπτὸς βελέων ἐστάτω αἰσθίδες ἔχων.
 αἰλάστης δὲ γυγῆς ιών, αὐτοχθόνοις ἔγχει μακρῷ
 ἢ δίφεις γετάζων οὐδίοιρα αὐτὸρ ἐλέτω. (σαρ,
 λιὰς πέδοις παρὰ ποδὶ θεῖς, καὶ ἐπ' αἰσθίδος αἰσθίδες δρέπε-
 σὺν ἢ λόφον τε λόφῳ, λιὰς λινέτην λινένη,
 λιὰς δέρνορα δέρνω πεπαλημένος αὐτοὶ μαχέοδω,
 ἢ δίφεος λιώπιν, ἢ μόρον μακρόμενον ἐλών.
 ὑμεῖς δὲ ὡς γυμνῆτες ὑπὸ αἰσθίδος αἰλλοθρηνοῦ ἀιλλος
 πήγασοντες, μεγάλοις βάσιτε χόρμαδίοις;

Hastasq; leues contorquete in hostes,
Vestram prope armaturam permanentes.
Eiusdem.

Præclarum est, in prima acie si occidat
Vir bonus, pro patria sua pugnans.
At qui urbe sua pinguibusq; aruis relictis
Mendicare cogitur, omnium est miserrimus:
Cum chara matre uagans, et sene parente,
Cumq; paruulis filijs, et adolescentula uxore.
Inuisus namq; erit ad quoscunq; peruenierit,
Indigentia uictus et odiosa paupertate.

Genus suum infamat, et formam decoram turpat,
Omnis generis anxietas, et mala eum sequuntur.
Tandem sic errantem hominem nulla (decori) cura
Afficit, nec pudor ullus in posterum est ei.
At nos animo forti pro terra hac pugnemus, et pro libe-
Moriamur, nequaquam uitæ parcentes. (ris)

O iuuenes, arctè inuicem iuncti pugnate,
Neq; turpis fugie, aut timoris initium facite.
Sed magnum fortemq; concipite animo impetum:
Nec pugnantes aduersus hostes uitæ ratione habete.

Veteranis autem, quorum genua non amplius sunt agi-
Grandæuis relictis ne fugite. (lia)

Turpe enim est, si in prima acie prostratus
Iaceat ante iuuenes vir senior,
Candidum iam habens caput, barbamq; canam,
Animam efflans fortem in puluere,

Cruen-

δέρκοι τε ξεποίσιν ακορτίζοντες ἐς αὐτὸς,
ταῖσι παντὶ πλούτῳ πιγάμενοι.

τῷ αὐτῷ.

τεθνάμηναι γαρ θαλόμι εἰπὶ προμάχοισι πεσόντα
αὐτὸς αὐγάθον, τοσὶ δὲ πατέρες μαρτύμενον.

τὸν δὲ αὐτὸν προληπόντα πόλιν ἵκε πιονας ἀγέρε
πήγαχονται, παῖτων ἐφ' αὐτοῖς πρότατον.

πλαζόμενοι σὺν μητρὶ φίλην καὶ πατερὶ γοργούνται,
παισί τε σὺν μητροῖς, λυγερίῃ τε αἴλοχῳ.

Ιχθεὸς μὲν γαρ τοῖσι μετέσεταις λιγνίπποιαι,
χρησμοσινῇ τε ἄνωθεν ἵκε πυρῷ παγίᾳ.

αὐχώντες γούνος, λατὰ δὲ αὐλακὸν εἶδος ἐλέγχονται,
πᾶσαν δὲ ἀθυμίαν λιγνίπποτης ὑπετελεῖ.

ἄλλος δὲ τοις αὐτοῖς τοῖς αὐλακούσι δίδει μὲν τῷ αὐτῷ
γίγνεται, δὲ τοῖς αὐτοῖς εἰς ὀπίσω τελέθει.

ενικῷ γὰρ πέρι τῆς μεταχώμενα, λιγνίπποι τοίσι πάσιν
θυσιῶμεν, φυγέωμεν παντότι φειδόμενοι.

ἄνεοι, αὐλακούσι δὲ παῖδες αὐλακοῖσι μενούτες,
μαντὸς φυγῆς αὐχράς αρχετε, μαδὲ φόβη.

αὐλακούσι τοιάτεροι λιγνίπποιον δὲ φρεσὶ θυμόρι
μαδὲ φιλοψυχεῖται αὐτοῖς μαρτύρησιν.

τὸς δὲ παλαιοτέρους, ὃρ ὑπέτι γέννατος ἐλαφρά,
μὴ λαταλείποντες φύγετε τὰς γοργαῖς.

αὐχρόν γαρ αὐτὸν πετεῖ προμάχοισι πεσόντα
λιγνίπποι πρόδενέωμεν αὐτὸς παλαιότερον,

εὐλατούσιον ἔχοντα λαφρήν, πολιόρκη τε γούναρι,
οὐρῷ παποντάσιον αὐλακοῦσι λονίη.

Cruenta charis manibus pudenda tegens,

Quæ oculis intueri ex turpe et indignum est;

Et denudata corpora: tamen iuuenes autem prorsus decet,

*Vt pubertatis flos sit eis pulcher *.*

Viris quidem mortalibus, et mulieribus uisu amabilis

Est, uiuus adhuc strenuus aut, si in prima acie cecide

Sed progressus ad pugnā q̄spīā māeat utroq; pede (rit.

Terre infixo labia dentibus premordens.

F I N I S C A R M I N V M

Tyrtæi.

E X N A V M A C H I I S C R I-
ptis sententiae.

Pvlchrū sanè est, corp⁹ castū habere, intactāq; ma-
virginē, et puris semper cogitationib. de- (nere
Nec onus circa laboriosa ilia gestantem, (lectari:
Neq; dolores trementem suspicioſos Lucine:
Sed permanere quasi reginam imbecillum mulierum,
Oculum animæ ſplendidum ad eam uitam erigendo,
In qua glorioſae ueræq; ſunt nuptie, ubi commixta
Diuinis uerbis lumine plenaſ meditationes parit.
Quòd ſi te alienæ uitæ dederium capit,
De iſta quoq; praefciēs dicam, quō te oporteat cōſicere
Navigationem, ut aiunt, ſecundam animo lato.

Hic tibi ſit maritus, quem parentes decreuerint:
Et ſi fuerit prudens, felicifima es: ſi aliter

Virum

πάμποτέστε αὐδοῖς φίλοις σὺ χροῖρ ἔχοντα,
αὐχράτα γ' ὁφθαλμοῖς οἷαι νεμεοντὸν ιδεῖν,
καὶ χρήγυμνωθεύτανεισι τὸ παύτ' ἐπέοικον,
ὅφρα ἀρετῆς ἕβης αὐγλαδὸν αἴθος ἔχει.
αὐλαράσι μὲν θυτοῖσιν ιδεῖν, δρατὸς τὸ γυναιξὶ^{τόντος}
ζυὸς ἐπὶ τῷ, οὐκάλλος δὲ σὺ προμάχοισι πεσὼμ,
αὐλάτης σὺν Διαβάτῃ μηνέτω ποσὶν αἱμφοτέροισι
τηρεχθεῖσι ἐπὶ γῆς, χείλος οὐδεῖσι θανὼμ.

ΤΕΛΟΣ ΤΩΝ

Τυρταῖον.

ΕΚ ΤΩΝ ΝΑΥΜΑ-
χίας, γυναικικὰ.

Kαλὸς δὲ, δέμας αὔγνομ ἔχει, αὐδιῆτά τε μίμηση
παρθενικὴν, οὐαθαροῖσι τὸ αἷει μελεδύμασι χαί-
ρετε βαρυζλάτωμ λαχύσωμ πέρι φόρτον ἀγυγσαν, βραχι-
μάτε πόνομ τρομέσσαν ἀγάσσενον εἰλεθύκης,
αλλὰ οὐδαμιβασίλεαν αἴφαρεῶμ θηλυτοράσσωμ,
ψυχᾶς ὅμικα φαενὸν ὑπόβρ βιότοιο χένσαν,
εὑθαγάμοι οὐεδοῦ οἶκαι οὐλεθέεις, σύθαμιγάτη
θεασεῖσις ἐπέεσι τοῦκαταφάει τίκτει,
εἰ δέ σε οὐαξιωδὸς πόθος βιότοιο οὐχαίτι,
οὐαὶ τῷτο προσιτεῖς δρέω, πῶς χρήσει πορνῆσαι
τὸρ πλέω, τῶς φασιν, τὸρ θεύτορον σύφρονε θυμῷ.
ἔσω σοὶ πόσις ὅτος, δρ οὐ κέρυνωσι τοκῆς.
μέτρη μὲν δὴ πινυτὸς, σὺ μηκαρτάτη· εἰ δέ οὐαὶ οὐλατ-

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

Ex eodem.

*Ipsæ suo regno ditioneq; continet omnes,
Nec gerit imperium tantum ex mortalibus ullus.*

Eiusdem Solonis,

Omnibus atq; uiris mens est obscura deorum.

Eiusdem.

*Legibus his oro primum rex Iuppiter adsit:
Fortunamq; ferat felix, nomenq; secundet.*

Apollo ad Solonem.

*Puppe gubernator media stans dirige cursus:
Subsidio multi uenient, ne differ, Athenis.*

Eiusdem Solonis.

Grataq; sunt Veneris nobis, ex dulcia Bacchi,

Quaq; uiris Musæ munera lata ferunt.

Eiusdem.

Dum propero ad senium, discere multa libet.

Pinax Carminum Solonis.

E' T Y R T A E O, C L A V D. M O N-
sello interprete.

Non ego uel cursus, uel clare nomine lufte,
Commemorare uirum nec celebrare uelim;

Nec si corporeis Cyclopaes uiribus aquet,

Et celerem currus anteuolet boream;

Nec si Tithono fuerit formosior ipso,

Sitq; Mida longè dition, aut Cinyras;

Nec si uel Pelope audaci mage regius esset,

Lingueq; Adraستeo plena lepore fluat;

Nec

Nec si laus omnis foret huic, nisi bellica uirtus;

In bello quoniam strenuus esse nequit,

Si non sustineat cedem spectare cruentam,

Conserat ex denso primus in hoste manum.

Illa quidem uirtus, atq; optima præmia ferri

A iuuene ingenti nec sine laude solent.

Spes ex fida salus populi est totius ex urbis,

Qui primos inter continua arma gerit:

Nec fugere omnino didicit, nec uertere terga,

Audaci est animo: cuncta pericla subit.

Hortaturq; mori socium, ex discrimina ferre,

Ille uir in bello strenuus unus erit.

Iamq; hostile premens magna ui contudit agmen,

Rexit ex arbitrio nobile Martis opus:

Ac tandem occubuit confossus in ordine primo,

Nobilitans patriam, nobilitansq; patrem,

Postquam ictus crebros dissecto umbone recepit,

Vndiq; vulneribus saucia membra gerens.

Illum omnes pariter deflent iuuenesq; senesq;;

Et summa exequias urbs pietate facit.

Multus bonos tumulo, natisq; rependitur eius,

Et soboli illorum, que genus inde trahet.

Non decus illum, celebris nec fama peribit:

Immortalis enim est, sit licet in tumulo,

Quisquis in arma ruens, nec seuo à Marte recedens,

Pro patria ex natis fortiter occiderit:

Si uero in columnis mortem uitarit acerbam,

Rettuleritq;

Rettuleritq; sua parta trophea manu,
 Illum omnes pariter decorant iuuenesq; senesq;
 Et bona percipiens plurima latus oblit.
 Affectus senio toti gratissimus urbi est,
 Protsus ex hunc ipsum ledere quisq; cauet.
 Turba senum iuuenumq; loci concedit honorem,
 Nullus ex aequalis se equiparare uelit.
 Ergo aliquis tante uirtutis tangere culmen
 Conetur, toto pectori bella petens.

Eiusdem, uel Callini.

O' iuuenes, quid uult sibi tanta ignavia? ubinam
 Sunt animi?num de finitimis rubor est
 Segnitiam ob uestram? secura pace potiri
 Creditis: at bello patria tota tremit.
 Quilibet audacter mauortia surgat ad arma:
 Atq; aliquis moriens ultima tela uibret.
 Pro patria pulchrum est, natisq; ex coniuge chara
 Pugnare, ex ualida bella cicre manu.
 Mors aderit, cum fata uolent. iam quis mihi recta
 Prodeat in pugnam, cum citè coepit fuit,
 Tollens terribili gladium uirtute, tegensq;
 Fortia pregrandi pectora sub clypeo?
 Effugere haud ulli mortem conceditur, et si
 A superis ortum duceret ipse suum.
 Sepe quis à bello, telisq; reuersus, ex hoste,
 Repperit in proprijs edibus exitium:
 Nec tamen hic gratus populo est, nec amabilis ulli:

Illum

Illum autem deflet cum iuniore senex:
 Quippe sui desiderium post fata relinquit
 Fortis, at in uita est semideo similis.
 Conficitur siquidem ueluti fortissima turris:
 Nam que multi agerent, omnia solus agit.
 Eiusdem.
 Alcida sedenim genus insuperabile, fortis
 Est animo: nondum flexa lous facies.
 Vos ne turba virum, densus ne terreat hostis:
 Omnis in aduersos obvia tela gerat.
 Inuisamq; adeò statuens abrumpere uitam,
 Præcipiti cursu malit obire scelus.
 Nostis enim quām sint horrentia prælia Martis;
 Nostis et armigeræ quanta sit ira deæ.
 Terga ceciditis partim, partimq; fugati
 Estis, et experti scitis utrumq; satis:
 Qui perstant simul, et primi certamina tentant,
 Audentes animo comimus arma sequi;
 Per pauci moriuntur, et à tergo agmina seruants
 Ast hominis timidi gloria tota perit.
 Vix mala quis uerbis perstringere singula posset,
 Que uir, qui in bello turpia gesit, habet:
 Nempe ingens ignominia est, fugitare parantis
 Lethali gladio terga secare uiri:
 Turpe et quæstra stratum tellure cadauer,
 Dorsa gerens crebris saucia vulneribus.
 Progreditens aliquis riancat pede firmus utroq;

S E N T E N T I A B.

22

In terra stricto dente labella premens:
Et latum obijcens clypeum protendat ad ictus,
Qui femora atq; humeros, pectus ex omne tegat
Atq; manu dextra robustam torqueat hastam,
Et summo pendens uertice crista tremat.
Fortiter arma mouens, bellandi exerceat artem:
Nec procul à telis perstet habens clypeum.
Congredicns aliquis gladium uibrando, uel hastam,
In pugnam, socium cominus accipiat.
Cum pedibusq; pedes, cum scutis scuta coaptans,
Cum crista cristam, cum galea galcam:
Et pectus iungens cum pectori, pugnet in hostem,
Siue tenens hastam, siue tenens gladium.
At uos, qui leuibus nudi trepidatis in armis,
Grandia præualida mittite saxa manu:
Atq; hostes contra teretes torqueat sagittas
Nec quis ab armatis ausit abesse uiris.
Eiusdem.

Gloria magna uiri est, qui primas ante phalangas
Occubuit, patriæ nomine bella gerens.
At miserum est, aliquis patria cum pulsus et agris,
Mendicans uictum querit ubiq; suum,
Et chara cum matre, sene et genitore uagatur,
Uxorem iuuensem et pignora parua trahens.
Namq; odiosus erit, quamcunq; migrarit in urbem,
Ut qui pauperiem pergraue gestet onus.
Et genus infamat, et forme turpat honorem.

Denig

Deniq; et anxietas et dolor omnis adeat.

Atq; uiri tandem per tot discrimina tracti

Quis pudor: aut quæ animum tangere cura potest?

His nos pro patria, et natis moriamur in armis,

Nec uitam metuat perdere quisq; suam.

O iuuenes propè conferti Mauortis obite

Prælia, nec turpi uertite terga metu:

Audaces quin este animis, et pectore forti,

Inter pugnandum nec sit obire graue.

At queis iam nec membra uigent, et quassa pedum uis,

In bello pudeat deseruisse senes.

Infame hoc et turpe nimis, iuuenum ante ceteras,

In primis senior si cadat agminibus:

Canos iamq; gerens barbe, capitisq; capillos,

Exhalans animam pulucream per humum:

Atq; tenens manibus respersa cruore pudenda,

Cernenda iratis non nisi luminibus:

Omnia persimilis iuueni, conamine magno

Ut pubertatis flos sibi detur, agit.

Ille oculis hominum gratus, dum uiuit, habetur:

Strenuus at primis cæsus in agminibus.

Progrediens aliquis maneat pede firmus utroq;

In terra, stricto dente labella premens.

E N A V M A C H I O, S I M. V A L

Iamberto interprete.

Expertem ueneris satius mansisse, pudore

Indomito, et puris meditari gaudia curis:

Atque

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

Eiusdem.

Homo cum sis, nihil assere stabile:
Nec ubi uideris hominem, certa
Spacia etatis promitte. etenim
Muscae uolucritates in morem
Inconstantia rotat humanas.

Eiusdem.

Nec ullus expers criminis, nec mortis est.

Eiusdem.

Vt arma fugias, fata non fugies tamen.

Eiusdem.

De luce casis cor memoriam non supra
Vnum tenebit, si cor habemus, diem.

F I N I S.

BASILEAE, EX OFFICINA
OPORINIANA, ANNO SALV-
bis humanæ M. D. LXXII.
Mense Ianuario.